UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Arcadius Mart. T[a]tiana V. & Mart. S. Ioannes Epis. 12. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Arcadius Mart. Titiana V. & Mart.
S. Ioannes Epiſ. 12 *Ian.*

Conſtantia in aduerſis

*I*uſtorum fortitudo eſt. adverſitatis metum in corde ſuperare, *Gregor.*

*I*nfirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ Actionis grauat *B.* Arcadij Marr. tui (B. Titianæ V. & M. B. *I*oannis Ep.) intetceſſio glorioſa nos proregat. Per D. N. *I*eſum *Ch* &c.

Ora pro Prælatis, &

1. B. Arcadius M. perſequentibus Chriſtianum nomen Tyrannis aliquamdiu latuit: at vbi alium pro ſe ad tribunal raptum intellexit, confeſtim ipſe ad fuit, & ſola patientia Tyrannum membra truncantem vicit.

2. S. Tatiana M. ſub Alexandro Imp. vncis & pectinibus laniata, bæſtijs expoſita, & in ignem proiecta eſt: ſed nihil læſa gladio demum percuſſa Romæ, migrauit in cælum.

3. S. Ioannes Epiſ. Rauennæ præclarus populi ſui paſtor eundem ab Attilæ tanquam Lupi irruentis rictibus defendit, ſedi Apoſtolicæ animo perquam ſtudioſe vnitus, circa An. 494. claruit.